



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant

Segneri, Paolo

Dilingæ, 1699

XXVI. Erudire Jerusalem, ne fortè recedat anima mea à te. Is. 6. v. 8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48281)

XXVI.

Erudire Jerusalem, ne forte recedas anima mea à te. H. 6. v. 8.

Considera, quemadmodum cum
marmor, metallo, vel trunco
adhibetur manus ad tollendam
scabritiem, erudiri dicitur, ita & ani-
ma, cum prima illi adhibetur manus
ad tollendum, quod quid impedit, quò
minus recipiat bonam vitæ formam,
inordinatas, & iniquas, &
pervertas, que sunt scabra
in fragmenta, nodique: quibus cir-
cumdatur. Hoc opus, hic labor est.
Iste omnibus, qui animosè defudant,
permittitur tantum præmij, ut etiam
decurat: *Qui ad iustitiam eruduntur
mentis, fulgebunt quasi stella in perpe-
tuum æternitatis.* Dan. 12. v. 3. Jam
vero hic labor est, quem Dominus
cæca animam tuam libens sustinet.
Vult te erudire, hoc est, ruditatem tol-
lere visiditiam, quam in te videt, in-
clinationem ad voluptates, ad pecu-
nias, ad gloriam, atque imprimis, qua
in malorum omnium fons est, superbiam
tuam. *Erudiens eos in-
ferre disciplinam, ut avertat hominem ab
his, qua facit, & liberet eum de Super-
bia.* Job. 33. v. 16. Ita est, vult ille,
ut te erudiri te patiaris libenti animo
admittendo manum sculptoris tam
preclari, qui equidem te percudit, sed
tuo commodo. *Erudire Jerusalem,
ne forte recedat Anima mea à te.* O-
pus hoc est, quod nec à te solo, nec à
solo DEO, sed ab utroque simul perfi-

ciendum est. Itaque, ut eum finas o-
perari, necesse est, nec impedias, ne-
que enim te ut marmor inani, me-
tallum, vel truncum elaborat, sed ut
Spiritus liberum, qui accipere for-
mam potest, quam vult DEUS incide-
re, vel reculare. Itaque: *Erudire,*
an forte tu quoque vis esse de illorum
numero, de quibus scribitur: *Verte-
runt ad me terga, & non facies: cum
docerem eos diluculo, & erudirem, &
nolent audire, ut acciperent disciplinam.*
Jer. 32. v. 33.

2. Considera malleum, quo DEUS
utitur in hoc opere eruditionis, de
qua loquitur, esse malleum tribula-
tionis. Istum cum adhibet, dicitur
operari manu forti: *In manu forti e-
rudivit me, ne irem in viam populi
hujus.* H. 8. v. 11. Quia nihil magis
servit ad tollendum nimium amorem
sui, quæ tandem est scabrities nostra
vilissima, ad nos compungendos, &
convertendos, quàm inignis aliqua
vexatio immissa à DEO. *Castigasti
me, & eruditus sum.* Jer. 31. v. 18. Un-
de necesse est, ut eo potissimum casu
illi te permittas, non querendo, nõ irâ,
nõ impatientiam demonstrando, sed æ-
quo prorsus animo acceptando ictus
artificiofos, quos ille in te librandos
censet: aliàs periculum adibis, ne
tollat manum, teque in ruditate tuâ
destituat, ita ut vadas deinde pro li-
bitu

bitu *in viâ populi*, quæ est via ducens ad perditionem. ò si nosces, quantum tibi DEUS beneficium præster, cum insigni aliquâ tribulatione te castigat! jam non capis, sed spero fore aliquando, ut clarè perspicias, nisi fuisset illa infirmitas, illud probum, illa calamitas, illa adversitas, quæ addeò intolerabilis tibi visa est, te certò fuisse periturum. an non putas stultum fore gregem in alpihus dispersum, si queratur de virga, quam promittit Pastor, ut eum in obsequio contineat? imò tunc maximè gratias illi debet, quia tunc maximè ostendit voluntatem à præcipitio servandi. Sic DEUS facit, cum tribulatione nos affligit.

Qui misericordiam habet, erudit quasi Pastor gregem suum. Eccl. 18. v. 13.

3. Considera fieri omnino posse, ut DEUS te non destituat (ut ut magna sit repugnantia, quâ obniteris in adversis ejus amabilissimæ voluntati) sed fieri quoque posse, ut te destituat, an non hoc solum maximâ sollicitudine te suspensum teneat? unde dicit: *Erudire Jerusalem, ne fortè recedat anima mea à te.* ait: *fortè*. hoc verò quantum momenti habet? omne periculum, quantumvis leve, maximum in eutere errorem debet, cum de retantâ agitur, quia agitur de jactura salutis. Scisne, quid velit, cum dicit: *ne fortè recedat anima mea à te?* vult dicere: ne subtraham tibi protectionem illam singularem, illum affectum, & amorem: id quod hoc loco intelligit per Animam suam. *Complacuit sibi in illo anima mea.* Il. 43. v. 1. Veril-

simum quippe est, ob contumaciam tuam nunquam ita à te recessuram etiam gratiam neget sufficientem, quæ est necessaria ad salutem: at neque efficacem, quam nullâ lege dari non tenetur, negabit curam specialem, ne gabit auxilia extraordinaria, quæ sunt donum ex benevolò cordis amicitie profectum. ideo dicit: *ne recedat anima mea à te.* potè quæ terribilis hæc est comminatio, non solum percellat tyronem in Domini, qualem hic descripsi, sed etiam sanctum. & tamen opprobrii riclitaris, ne illâ te involvas, à parum Divinæ voluntati te accommodare tempore afflictionis tuæ, quæ est editio, de qua loquimur hoc loco, sensu etiam litterali. Quippe si gas, periculum est, ne DEUS ab te desinat, adeoque tibi subterfugam nevolentiam illam singularem, quam demonstrat, dum animæ tuæ proletem & erudiendam se impendit non à proposito, quam ut eam hoc modo recipiendas suas gratias disponat. de hîc dicit S. Hieronymus, cum tribulatione versaris, quæ te admodum affligat, semper habendum in praptu hunc versum, credendumque eum cordi tuo insinuari à DEO: *Erudire Jerusalem, ne fortè recedat anima mea à te.* Si moleste ferantur, tèn non statim simul totus abscedat, verò quid juvat? si paulatim se deducat, donec te deserat. atque hic est sensus vocis hujus:

recedat.

* * *